

opinati sunt, nam secundum hoc aqua pariter  
 et valde mota multo altius ascendere  
 cogeretur. Sed nec igitur est causa ascen-  
 sus quia tum data ejus majori copia altior  
 ascensus fieri deberat, qui non fit.

6<sup>o</sup>

In tubo idem vacuo, oblique ad horizon-  
 tem aqua immissa, in se aquam recipit ad  
 altitudinem perpendiculararem 20 linearum.  
 Ideo que vis aquam elevans in tubum est  
 revera aequali gravitati 20 linearum per-  
 pendicularium aquae idcircoposito tubo  
 ita inclinato ad horizontem ut alterum  
 extremum modo habeat perpendiculararem  
 altitudinem 20 linearum supra superficiem  
 aquae in vasculo totus tubus implabitur, uti  
 etiam experientia comprobatur.

7<sup>o</sup>

In tubo vero 20 linearum aqua in se continetur  
 si ex vase sublatus lente inclinatur, ut  
 parallelus horisonti evadat; tum aqua  
 in tubo movabitur ab uno extremo versus  
 aliud, ita tamen, ut occupet accurate me-  
 diam tubi partem relinquatque ambas extre-  
 mitates sine aqua et tantum aëre plenas.

Hic tubus nunc omnino interne humectatus, iterum aqua perpendiculariter impositus, eodem extremo fluidum attingente, sive opposito aquam ad majorem altitudinem quam 20 linearum in se non rapit. Quamobrem tubus siccus vel humidus aquam absque ulla differentia altitudinis in se rapit: ex hoc detegimus errorem Boylei et Sturmi qui aquam malius adscendere in tubos prius humidos, quam in siccos adfirmabant. Error fuit ortus, quia hi Philosophi non instituerunt experimenta cum tubis novis, sed cum iis, qui diu facti fuerunt quorum interna superficies ab aëre corrosa, aspera evasit a salibus adhaerentibus, quibus aqua abluta, tubus a novo vice difert, sed cum experimentum semel cum tubo est factum, aqua quaedam copia in cavitate manet, qua accretis superficiei, eamque asperam reddit, hinc iterum impeditur aqua adscensu, verum hac crusta abluta sit superficiei tubi instar nova, iterumque aquam ut ante elevat.